Toletana Decimarum super Tenuta de Parobequez, & Vrtada.

Reu. Pater. SVpplicant Moniales Venerabilis Monasterij Monialium Clausarum Ordinis Sancti Dominici Ciuitatis Toleti prò expeditione Causæ quo ad Tenutam de Parobequez, & Vrtada, cum super exemptione à solutione Decimarum ex quacumque specie fructuum, quos colligunt in dictis Tenimentis duæ prodierunt Decisiones fauorabiles, vna coràm R.P.D. Cerro, & altera confirmatoria coràm Reuerendissimo Ponente, quæ distribuuntur, super qua exemptione Moniales non solum sunt munitæ consuetudine Immemorabili formitèr probata Anno 1642. cum Decreto fauorabili fauore earumdem Monialium, vt ex *Summario Principali Num. primo, & 2. per totum*, sed etiam habent continuationem pacificæ subsequutæ possessionis per alios Annos sexaginta ab Anno scilicet 1642. vsque ad Annum 1702., quo incepta fuit hæc lis, & factæ iterum probationes super quasi possessione Monialium non soluendi Decimas.

Quinimmo in hac tertia Instantia ex parte Reuerendissimi Archiepiscopi, & Capituli Toletani fuit compulsatus titulus, quo Archiepiscopus cum consensu sui Capituli in limine fundationis dicti Monasterij ad supplicationem Regis Hispaniarum concessa fuit Monalibus exemptio non soluendi Decimas ex fructibus tot Tenimentorum, quæ ascenderent ad valorem viginti quinque mille Merapetinorum monetæ tunc currentis, vt ex secundo *Summario Additionali Num. primo litt. L.L., & litt. M.M.*, quod Priuilegium fuit concessum Era 1402., scilicèt Anno Christi 1368., & postmodum Era 1412. scilicèt Anno Christi 1378. fuit æstimatum duodecim mille marepatenis, dicto primo *Summario Additionali Num. 2. litt. M.*, & declaratæ Moniales exemptæ à solutione Decimarum ex fructibus quos colligebant ex dicta Tenuta de Parobequez, dicto *Summario litt. P.*, ita vt in præsenti rerum statu bonum Ius Monialium non potest esse magis clarum ex quo non solum habent titulum clarum exemptionis productum ex parte Aduersariorum, sed habent continuatam illius obseruantiam per plura sæcula, vt rectè firmat *Decisio Rmi Ponentis §. In casu præsenti, & sequentibus*.

Nec noua Audientia concedi potest Aduersarijs sub prætextu, quod post indictas ferias Generales dimiserunt in Actis integrum Processum compilatum Anno 1642. per Ordinarium Toletanum sub prætextu, quod in Processu ex nostra parte producto in præcedenti Instantia coràm R.P.D. Cerro, non fuerunt conscriptæ depositiones

35

positiones Testium examinatorum ex parte Archiepiscopi, ex quorum fortè depositionibus probare prætendit Pars Aduersa tunc ex parte Archiepiscopi fuisse probatam quasi possessionem exigendi Decimas in decimatorio de Parobequez, & Vrtada.

Nàm ad effectum, vt dicta dimissio nullam fecit Reuerendissimis PP. impressionem congruum visum fuit transcribere in *Summario* Articulos, & depositiones omnium septem Testium examinatorum ex parte Archiepiscopi dicto Anno 1642., nam ex illis magis confirmata remanet quasi possessio Monialium nostri Monasterij, constat siquidem ex dicto Processu, quod tunc Archiepiscopus articulauerit quasi possessionem in qua existebat exigendi Decimas ex omnibus fructibus, qui colligebantur in decimatorio de Parobequez, & Vrtada, hodierno *Summario Num. primo litt. F., & G.*, sed non articulauit quod erat in quasi possessione exigendi Decimas ex fructibus quos in dicto Decimatorio colligebant Moniales, vt patet ex lectura; Examinatis deinde Testibus ex parte Archiepiscopi, primus deposuit quod Archiepiscopus erat in quasi possessione exigendi Decimas omnium fructuum in dicto Decimatorio, idque scire dixit, ex quo ipse, & suus Pater ex fructibus quos collegerant in dicto Decimatorio Decimas persoluerant, dicto *Num. primo lit. M., & N.*, & subiungit quod *nesciebat an Moniales* nostri Monasterij Decimas persoluerint, dicto *Num. primo litt. P.*, deposuit subinde super quarto Articulo Archiepiscopum esse in quasi possessione exigendi Decimam *Agnorum Casei, & Lanæ*, sed nescire an Moniales d. Decimam persoluerint, d. *num. primo litt. S. T.*

Secundus Testis ex parte Archiepiscopi examinatus hic fuit Affictuarius, & Conductor Decimarum in dicto Decimatorio, & deposuit de quasi possessione Archiepiscopi subiungendo id scire ex quo tamquàm Affictuarius Decimas exegit à Personis ibi specificatis, dicto *Num. primo litt. B.B.*, sed quo ad Moniales specificè deponit, quod illæ Decimam non soluebant, neque ipse dè tempore quo erat Affictuarius Decimam exegit, dicto *Num. primo litt. CC.*, ibi = *E che le Monache del Regio Monastero di San Domenico Toletano hanno seminato nelle dette Terre, e che dà due Anni à questa parte fanno pascolare li bestiami del Monastero nelli detti Termini, senza che il Testimonio abbia notizia, che abbiano pagato le dette Decime, mentre se l'auesse saputo che li pagauano l'haurebbe riscosso ne gl'Anni che fù Affictuario.*

Tertius Testis de quo in dicto *Summario litt. GG.*, paritèr deponit dè quasi possessione Archiepiscopi in genere, sed quo ad Moniales deposuit *nescire an Decimas persoluerint*, dicto *Num. primo litt. K.K.*

Quartus Testis dè quo in dicto *Num. vnico litt. M.M.*, hic postquam deposuerit dè quasi possessione Archiepiscopi in genere subiunxit, *litt. O.O.*,

litt.O.O., & P.P., ibi= *Eccettuati li frutti che spettauano al detto Monastero di San Domenico, mentre il Testimonio sà che il detto Monastero mai hà pagato le Decime delli frutti, che hanno seminato nè de' bestiami che hanno pascolato nelle dette Terre, e sà che la detta Dignità, e Signori Partecipanti hanno intieramente percepite le Decime delli FRVTTI DELL' ALTRE PERSONE, e ciò lo sà per hauere di tutto intiera, e particolare notizia, e per hauerlo inteso dire dalle persone sopra nominate.*

Quintus Testis dè quo in dicto *Summario Num.primo litt.R.R.*, paritèr postquam deposuerit dè quasi possessione Archiepiscopi ingenere exigendi Decimas omnium fructuum, qui colligebantur in dicto Decimatorio, ità subiungit *litt.A.A.A.*, ibi= *Come non fossero li frutti spettanti al detto Regio Monasterio di San Domenico Toletano, mentre di tali frutti mai hà saputo, nè inteso dire che il detto Monastero habbi pagato le Decime, nè gle l'habbino dimandato, e ciò il Testimonio lo sà per le raggioni che hà deposte, e per hauerlo visto essere, e passare così, e per essere publico, e notorio.*

Sextus Testis dè quo in dicto *Summario Num.primo litt.B.B.B.*, paritèr postquam deposuerit dè quasi possessione Archiepiscopi exigendi Decimas in genere, subiunxit *litt.E.E.E.*, ibi= *Come non fussero li frutti che spettauano al Regio Monasterio delle Monache di S.Domenico, mentre di questi non si sono pagate le Decime.*

Septimus denique Testis ætatis Annorum 79., dè quo in dicto *Summario Num.primo litt.G.G.G.*, hic paritèr super secundo Articulo postquam deposuerit dè quasi possessione generali Archiepiscopi exigendi Decimas ex omni specie fructuum, qui colligebantur in dicto Decimatorio *litt.I.I.I.* deposuit, ibi = *Eccettuati li frutti che spettauano al detto Monastero, quando hà lauorato per se colli suoi huomini, & à sue spese le dette Terre, mentre in questo caso non hà pagato le Decime, mà bensì quando l' hà dati in Affitto, che sempre l'hanno pagato quelle Persone che l' hanno lauorate nelle mani dell' Affittuario delle rendite decimali, e ciò il Testimonio lo sà per hauere più di 60. Anni fà lauorate le dd. Terre, che il Monastero possiede in detti Termini,* & inferius, ibi = *E tutto ciò il Testimonio lo sà per le dette raggioni, e per hauerlo visto essere, e passare così, e per hauerlo inteso dire dà suoi Genitori, e Maggiori, & altri Antiani tutti d'intiera Fede, e credito, senza che nè gl' vni, nè gl' altri abbino saputo vdito nè inteso cosa in contrario, e così risponde* : Idemque repetijt supèr quarto Articulo, *litt. L. L. L.*, ibi = = *Eccettuatene però li frutti spettanti al detto Regio Monasterio delle Monache di San Domenico Toletan., perche in questi non hanno possesso di esigere le Decime per non hauerle riscosse, & il Testimonio lo sà per hauer di ciò intiera, e particolar notizia, & esser publico, e notorio.*

Ex quibus vident Reuerendissimi P.P. Dominum exaduerso Scribentem retinuisse in manica per octo Menses hunc Processum, qui licet sigil-

sigillatus, & clausus fuisset à Iudice compulsoriali remissus ad hoc Supremum Auditorium, adhuc Pars Aduersa illum propria authoritate aperuit, & ad libitum traducere fecit, & illum præsentauit in Actis post editas Decisiones, sperans sibi posse suffragari prò obtinenda noua Audientia: Et non aduertit quod omnes Testes Anno 1642. ex parte Archiepiscopi examinati deposuerunt contra producentem, & deposuerunt quod Moniales semper fuerant in quasi possessione non soluendi Decimas ex fructibus quos in dictis Tenimentis colligebant, ita vt quanto maiora documenta exaduerso producuntur contra Moniales nostri Regij Monasterij, eò clarius resultat d.d. Monialium Iustitia, & exemptio, & agere debemus gratias contrarijs Defensoribus, qui producentes contra Moniales Scripturas, illæ omnes huc vsque productæ fauent nostro Monasterio, eoque magis detegunt Iustitiam Principalium.

Cum itaque ex dicto Processu ex aduerso in Actis dimisso magis confirmata remaneat exemptio Monialium, eò faciliùs speramus esse decernendam Causæ expeditionem post binas Decisiones fauorabiles in duobus Turnis editas, vt supplicatur.

Quarè &c.

Vitus Angelus Caualletti.

R. P. D.

FALCONERIO

Toletana Decimarum quoad Tenutam de Perobequez, & Vrtada

PRO

Ven., & Reg. Monasterio Monialium Clausarum Ordinis S. Dominici Ciuitatis Toleti.

CONTRA

Illmos DD. Archiepiscopum, & Capitulum Toletanum, & alios Decimarum Comparticipes.

Memoriale prò expeditione cum responsione ad processum anni 1642. post indictas vacationes exaduerso in actis dimissum.

Typis Zinghi, & Monaldi 1724.